

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Tullii Ciceronis Orationvm Pars ...

Cicero, Marcus Tullius

Coloniae Agrippinae, 1629

M. Tullii Ciceronis pro lege manilia, ad populum

[urn:nbn:de:bsz:31-116557](#)

L.
Oratio XXIII.
Oratio XXIV.
Oratio XXV.
Oratio XXVI.
iret in exilium,
tamen Ciceronis
suum , Oratio
Oratio XXIX.
Oratio XXX.
fenuatu, Oratio
Oratio XXXII.

M. TULLII CICE-
RONIS PRO LEGE MA-
nilia, ad Populum.

ORATIO XIII.

Quanquam mibi semper frequens con-
spectus vester nullò iucundissimus, hic
autem locus ad agendum amplissimus,
ad dicendum ornatisimus est visus,
*Exordi-
um.*
Quirites: tamen hoc aditu laudis, qui semper opti-
mo cuiq; maximè patuit, non me & me voluntas, sed
mea vita rationes ab ineunte atate suscepta prohibi-
berunt. nam cùm ante a per etatem nondū huius
auctoratē loci contingere auderem: statueremq;
nihil huc, nisi perfectū ingenio, elaboratum indu-
stria, afferri oportere: omne meum tempus amico-
rum tēporibus transmittendum pataui: * ita neq;
hic locus vacans vñquā ab ijs, qui vestrā ceuissam
defenderet, fuit: & meus labor in priuatorū peri-
culis castè integreq; versatus, ex vestro iudicio fru-
ctum est amplissimū consecutus, nam cùm propter
dilationem comitiorum ter prator primus centurij
cunclū renunciarus sum, facile intellexi, Quirites,
& quid de me iudicaretis, & quid alijs prescribe-
retis. nunc, cùm & auctoratatis in me tantum sit,
quantū vos honoribus mandatum esse voluistis: &
ad agendū facultas tantū, quantū homini vigi-
lanti ex forensi vsu propè quotidiana dicendi exer-

ORATIO

citatio potuit differre: certè. & si quid etiā dicendo
cons. qui possum, yis ostendā potissimum, qui ei quo-
que r ei fructū sua iudicio tribuendum esse censem-
erūt. * itaq; illud in primis mibi latitudinē: ure video,
quod in hac insolita mili ex hoc loco ratione dicē-
di, & anssa talis obligata est, in qua oratio nemini dees-
se potest: dicendū est enim de Cn. Pompeij singularē
eximisq; virtute: huius autem orationis difficilius
est exitum, quam principium inuenire. itaq; mibi
non tam copia, quam modus in dicendo quarendum

Narration

hac omnis causa ducitur: bellū graue & periculōsum vestris vectigalibus, atque socijs à duobus potētissimis regibus infectur, Mithridate, & Tigrane: quorum alter relictus, alter lacebitus, occasiōne si-
bi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur.
equisib[us] Romanis honestissimis viris afferuntur ex
Asia quotidie littera, quorum magna res aguntur,
in vestris vectigalibus exercendis occupata: qui ad
me, pro necessitudine, quæ mibi est cum illo ordine,
causam Reipublicæ periculaq[ue] rerum suarum de-
tulerunt. * Bi: hynia, (quæ nunc vestra prouincia
est) vicos exustos esse complures: regnū Ariobarza-
nis, quod finitimum est vestris vectigalibus, totum
esse in hostiū potestate: Lucullum magnis rebus ge-
fis ab eo bello discedere: huic qui succurrerit, non
satis esse paratū ad tantū bellum administrandum:
vnū ab omnibus socijs, & ciuib[us] ad id bellum im-
peratorem depasci atq[ue] expeti: eundem hunc vnū
ab hostiibus metui, præterea neminem. * Causa qua

PRO LEGE MANILIA.

etiam dicendo.
 u, qui ei quo-
 n esse censue-
 dum iure video,
 ratione dicen-
 o nemini defen-
 sione singulari-
 tate difficultus
 ire, itaq; mili-
 ndo querendus
 ascatur, unde
 & pericula-
 du obum potē-
 t, & Tigrane;
 us, occasione si-
 se arbitratur,
 afferuntur ex-
 ares aguntur,
 cupata: qui ad
 um illo ordine,
 un suorum de-
 cstra provincia
 eni Arisbarza-
 galibus, totum
 magnis rebus ge-
 succurrerit, non
 dministrandum:
 ad id bellum im-
 undem hunc vnu-
 em. * Causa qua-
 sit,

fit, videris: nunc quid agendum sit considerate. Pri- Parlitto
 mū mihi videretur de genere belli: deinde de ma-
 gniudine, tum de imperatore deligendo esse dicen-
 dū genus est enim eiusmodi, quod maxime vestros
 animos excitare, atq; inflammare debet: in quo a- Confirmati
 gitur populi Romani gloria, qua vobis à maioribus oris pars i.
 cum magna in rebus omnibus, tum summa iure
 militari tradita est, agitur salus sociorum atque
 amicorum, pro qua multa maiores vestri magna &
 grauita bella gererunt: aguntur certissima populi
 Romani vettigalia, & maxima: quibus amissu, &
 pacis ornamenti, & subsidia bell: frusta require-
 tur: aguntur bona multorum ciuium quibus est & à
 vobis, & à moderatoribus rep: consulendum. * & Assumptio.
 quoniam semper appetentes gloria, prater ceteras
 gentes, atque audi laudis fuisst, delenda est vobis
 illa macula Mithridatico bello superiori suscepta,
 qua penitus iam insedit, atque inueterauit in po-
 puli Rom. nomine, quod is, quis vna die, tota Asia tot
 in ciuitatibus, uno nuncio, atque vna literarum si-
 gnificatione ciues Rom. neclādos, trucidando que
denotauit, non modis adhuc pñnam nullam suo di-
 gnam scelere suscepit, sed ab illo tempore annum
 iam tertium & vigesimum regnat, & ita regnat, vt
 se non Ponto, neq; Cappadocia latebris occultare
 velit, sed emergere è patrio regno, atque in vestris
 vettigalibus, hoc est, in Asia luce versari. * etenim
 adhuc ita vestro cum illo rege contenderunt impe-
 ratores, vt ab illo insignia victoria, non vitoriam
 reportarint, triumphauit L. Sylla, triumphauit L.

ORATIO

Murana de Mithridate, duos fortissimi viri, & summi imperatores: sed ita triumpharunt, vi ille pulsus superatus, regnaret. verum amen illis imperatoribus law est tribuenda, quod egerunt: ventia danda, quod reliquerunt: propterea quod ab eo bello Syllar in Italiā respublica, Meranam Sylla reuocauit. * Mithridates ante omne reliquum tempus non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem noui cotulit, qui postea quam maximas edisceret ornatissimis classes, exercitusque permagnos, quibuscunq; ex gentibus potuisset, comparasset, Bosphorani finitimus suis bellū inferre simul asset: vsq; in Hispaniam legatos & literas misit ad eos duces, quibuscum tum bellum gerebamus: vt cum duobus in locis distincti, maximeq; diuersis, uno consilio, ab vno hostium copijs, bellum terra, marique gereretur, vos, anticipata contentione distracti, de imperio dimicaretis, * sed tamen alterius partis periculum Sertorianae atq; Hispanie, qua multo plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompejū diuisio consilio, ac singulare virtute depulsum est: in altera parte itares à L. Lucullo, summo viro est administrata, vt initia illa gestarum rerum magna atq; præclaras non felicitati eius, sed virtuti, hac autem extrema quæ nuper acciderunt, non culpæ, sed fortuna tribuenda esse videantur. sed de Lucullo dicā alio loco, & ita dicam, Quirites, vt neq; vera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa afflita esse videatur. * Sed pro vestri imperij dignitate atq; gloria, quoniam is est exorsus orationis mea, vide-

PRO LI
dite, quem vali
nante restisq;
in mithridatu
am, si milibus ve
cato, qui andem
erūt appellari sap
totum Gracia lant
cum regem uniu
populi R. consiliari
omni superbi ex
ciunt R. amato
ripiam negligere
profecti sive: vu
picio interficiunt
vilia pulcherrima
gloriā relinquent
quod acceptū, tue
quid salu securam
timere vocat? re
tex, scire populi ha
deringerunt aha, n
etiam refra sonit,
eum, concia aha,
expellat, propter p
ut: imperatorem
profitem vor alium
id facere summo fin
nient, & sentiunt h
e, in quo summa
que etiam carent a

PRO LEGE MANILIA.

...viri, & sum-
...unt, vi ille pul-
...nen illu impera-
...erūt: venia dan-
...quod ab eo bello
...nam Syllaveuo-
...eliquum tempus
...ad comparatio-
...maximas edifi-
...que permagnos,
...comparatis, Bo-
...e simul affect: vfa
...fit ad eos ducet,
...r: ut cum duobus
...ueris, uno con-
...terra, mariquā
...distracti, de im-
...tius partu peri-
...qua multo plus
...Pompey diuino
...um est: in alte-
...mo viro est ad-
...in rerum magna
...sed virtut, bac-
...runt, non culpe,
...tar. sed de Lu-
...Quirites, vi neq;
...tri, neque falsa
...tri imperij digni-
...sus orationis mea,
...vide

videte, quem vobis animam suscipiendum putetis,
maiores vestri sapè, mercatoribus ac nauiculatori-
bus iniuriosius tractatis, bella gesserūt: vos, tot ciui-
uni, Ro. millibus uno nuncio atque uno tempore ne-
catus, quo tandem animo esse debetis? legati quod
erāt appellati superbi us, Corinthus paires vestri,
totius Gracia lumen, extinctum esse voluerunt: vos
eum regem inultum esse patiemini, qui legatum
populi R. consularem, vinculis ac verberibus, atque
omni supplicio excruciatum necauit? illi libertatē
ciuium R. immunitam non tulerunt: vos vitam e-
reptam negligetis? ius legationis verbo violatum illi
persecuti sunt: vos legatum populi Ro. omni sup-
plicio interfictum, insultū relinquetis? videte, ne, 12
ut illi pulcherrimum fuit, tantam vobis imperij
gloriam relinquere, sic vobis turpisimum sit, illud,
quod accepistis, tueri & conseruare nō posse. Quid,
quid salus sociorum summum in periculu ac dis-
crimen vocat? regno expulsus est Ariobarzanes
rex, socius populi Rom. atque amicus: imminent
duo reges toti Asia, non soli vobis inimicissimi: sed
etiam vestris socijs, atque amici: ciuitates autem
omnes, cuncta Asia, atq; Gracia, vestrum auxilium
expectare, propter periculi magnitudinem, cogun-
tur: imperatorem à vobis certum depositere, cum
præsertim vos alium miseritis, neq; audent, neq; se
id facero summo sine periculo posse arbitrantur: * 13
vident, & sentiunt hoc idem, quod & vos, vnu viru
esse, in quo summa sint omnia, & eum propè esse
(quo etiam carent agrius) cuius aduentu ipso atq;

ORATIO

uomine, tametsi illi ad maritimum bellū venerit. tā
mē impetus hostiū rep̄fissis esse intelligūt, ac retar-
datoris hi vos, quoniā liberè loqui nō luēt, tacitē ro-
gāt, vt se quoq; sicut ceterarū prouinciarū socios,
dignos existimēris, quoram saltem tali viro com-
mendetu: aīq; hoc etiam magis quām ceteros, quod
eis modi in prouinciam homines cum imperio mit-
erūt, vt, etiam si ab hoste defendant, tamen ipsō
yrum aduentus in urbes sociorum non māltum ab
hostili expugnacione differant. būm audiebant
antea, nāc p̄sēntē vident, tanta temperan-
tia, tanta mansuetudine, tanta humanitate, vt iī
beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissimē
cōmoratur. * quare, si propter socios, nulla ipse in-
iuria laceſti, maiores vestri cum Antiocho, cum

Philippe, cum Aetoliis, cum Pœnīs bella gesserunt:
quanto vos studio conuenit, iniurijs provocatos, so-
ciorum salutem una cum imperij vestri dignitate
defendere, prasertim cūm de vestri maximis ve-
stigialibus agatur? nam ceterarum prouinciarum
vestigalia, Quirites, tanta sunt, vt iīs ad ipsas pro-
uincias tutandas vix contenti esse possumus: Asia ve-
ro tam opima est, & fertiliā, vt & vberitate agro-
rum, & varietate fructuum, & magnitudine pa-
ssionis, & multitudine earum rerum, qua expon-
tantur, facilē omnibus terris antecellat, itaque haec
vobis prouincia, Quirites, si & belli utilitatem, &
pacū dignitatē sustinere vultis, non modō à cala-
mitate, sed etiā à metu calamitatis est defenden-
tis dā, nam ceterū in rebus, cūm venit calamitas, cūm
detri-

PRO LEC

delementū accipit
lin ad eum mālū ſa
matem, nam cūm be
et anhortatio ſat
linguit, agricul
agitatione queſit
tūm nq; ex ſcrip
quāt ſuperiorū ann
aīque in diuīſi
mo eſſe exiliū, m
penſiant, aut enq
duo reges cum man
na excusa evitare
ni religiū aſtere
maxima, qua in ſu
impubile, atq; iſi
re arbitriū? p
niſi eos qui vobis ſu
ſolum, vi ante diu
mūtū ſormidē lib
volū neglegendum eſſ
propuerum, cūm
quod ad militari
tinet, quorū vobis
hōbēda eſſt ratiō
mōnes & honestiſi
ni, & copias in illas
um ipſorū per ſe re
lent, etenim ſi reſi
ſuſiſum, cum certe

PRO LEGE MANILIA

detrimentum accipitur: at in vestigabilibus non solum aduentus mali sed etiam merui ipse affert calamitatem, nam cum hostium copiae non longe absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquentur, agricultura deseritur, mercatorum navigationis conquiescit. ita neque ex portu, neque ex dominis neque ex scriptura vestigial conservari potest: quare sapientia totius anni fructus uno rumore periculi, atque uno belli terrore amittitur. * quo tandem animo esse existimat, aut eos, qui vestigalia vobis pensitant, aut eos, qui exercent, atque exigunt: cum duorum reges cum maximis copiis propriis ad sint? cum una excursio equitatio per brevem tempore totius anni vestigial auferre posset: cum publicani familiae maximas, quas in fylis habent, quas in agris, quas in portubus, atque custodibus, magno periculo se habere arbitrentur? per atque vos illurebus frui posse, nisi eos, qui vobis fructuosi sunt, conservaueritis, non solum, ut antea dixi, calamitate, sed etiam calamitatis formidino liberatos? * ut ne illud quidem vobis negligendum est, quod mihi ego extrellum proposueram, cum esset de belli genere dicturus, quod ad multorum bona ciuium Romanorum pertinet, quorum vobis pro vestrarum sapientia, Quirites, habenda est ratio diligenter. nam & publicani, (homines & honestissimi, & ornati sumi) suas rationes, & copias in illam prouinciam contulerunt: quorum ipsorum per se res, & fortuna cur & vobis esse debent, etenim si vestigalia neruos esse recipi. semper duximus, cum certe ordinem, qui exercet illa, firmam-

men-

ORATIO

18 mentum ceterorum ordinum recte esse dicemus. *
deinde ceteris ex ordinibus homines nani & indu-
strii partim in Asia negotiantur, quibus vos absen-
tibus consulere debetis: partim suas & suorum in ea
provincia pecunias magnas collocatas habent. erit
igitur humanitatis vestre, magnum eorum ciuium
numerum calamitate prohibere: sapientiae, videre
multorum ciuium calamitatē à rep. sciuntā esse
non posse. etenim illud primum parui resert, vos pub-
licanis amissa vestigalia postea victoria recuperare.
neq; enim ȳsdē redimendis facultas erit, propter
calamitatem: neq; alijs voluntas, propter timore.

19 * deinde, quod nos eadem Asia atq; idem iste Mi-
thridates initio belli Asiatici docuit, id certe cala-
mitate docti memoria retinere debemus. nam tum,
cum in Asia res magnas permulti amiserunt, sci-
mus Roma, solutione impedita, fidē cōcidisse. non e-
nim possunt una in ciuitate multi rem arg, fortu-
nus amittere, vt nō plures secum in eandem cala-
mitatē trahant. à quo periculo prohibete rempub-
lica, & mihi credite id. quod ipsi videris: hac fides,
atq; hac ratio pecuniarum, qua Roma, qua in foro
versatur, implicita est cum illis pecunijs Asiaticis,
& coheret. ruere illa non possunt, vt hac non eodem
labo factata motu concidant. quare vide, nū du-
bitandū vobis sit, omni studio ad id bellum incum-
bere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum,
vestigalia maxima, fortuna plurimorum ciuium
cum rep. defenduntur. * Quoniam de genere belli
dixi, nunc de magnitudine pauca dicā, potest enim
hoc dici: belli genus esse ita necessariū, vt sit geren-
dum,

PRO LE

dom, ut esita me
in quo maxime labor
qua diligentissime pro
videtur. Atque ut
lotatum imperiū
sapientissimo bonum
juridicē aduenit
omnibus rebū ornat
yberia, & clari
Cyzicenū, & Ibla
tudine & oppugna
virtute, & subtilitate
rictu liberatam
magnam, & mact
Italiā studio infla
et, atque depresso
piam multe preceps
strū legib; eis p
no examin aditū cla
nūsum, quibus in opp
mūbū relinuntur a
Poni, & Cappadoc
aduenit eis cap
atque auto ad al
supplicem contulisse
poli Romani socij
grīl. Satu opere h
ut hoc vos intelliga
obiretant legi atque
in hoc loco esse lau

PRO LEGE MANILIA.

esse dicemus.
nani & indu-
cibus vos absen-
& suorum inea-
chabent, erit
eorum ciuium
sapientia, videre
ep. seunctā esse
refert, vos pub-
atoria recuperat-
itas erit, propter
propter timori-
g, idem iste Mi-
t, id certe cala-
mus, nam tum,
amiserunt, sci-
cōcidisse, non-
rem atq, fortu-
ne eandem cala-
hibet rempub-
lētis: hac fides,
ome, que in foro
ecūnys Asiaticū,
et hac non eodem
re'videre, nū du-
d bellum incum-
salus sociorum,
rimorum ciuitum
im de genere belli
dicā, potest enim
ariū, ut si geren-
dum,

dum, non esse ita magnum, vt sit pertimescendum.
in quo maximē laborandum est, ne forte à vobis,
qua diligentissimē prouidenda sunt, contempta esse
videantur. Atqui vt omnes intelligat me L. Lucul-
lo tantum impertiri laudis, quantum fortis viro, &
sapientissimo homini, & magno imperatori debea-
tur: dico eius aduentu maximas Milibratis copias,
omnibus rebus ornatas atq, instructas, esse deletas:
vrbemq, Asia clarissimam, nobisq, amicissimam,
Cyzicenoru, obsessam ab ipso rege maxima multi-
tudine & oppugnatam vehementissimē, L. Luculli
virtute, assiduitate, consilio, summis obsidionis pe-
riculis liberatam. * ab eodem imperatore classem 21
magnam, & ornatam, qua ducibus Sertorianis ad
Italianum studio inflammato raperetur, superatam
esse, atque depresso: magnas hostium præterea co-
pias multis prælijs esse deletas, patefactumque no-
stris legionibus esse Pontum, qui antè populo Roma-
no ex omni aditu clausus esset: Sinopen atque A-
mīsum, quibus in oppidi erant domicilia regis, om-
nibus rebus ornata atque referrata, ceterasq, vrbes
Ponti, & Cappadocia permulcas vno aditu, atque
aduentu esse captas: regem spoliatum regno patrio
atque aucto ad alios se reges atque alias gentes
supplicem contulisse: atque hac omnia, saluis po-
puli Romani socijs atque integris vestigalibus esse
gesta. Sat is opinor hoc esse laudis: atque ita reputo,
vt hoc vos intelligatis, à nullo istorum, qui huic
obirebant legi atque causæ, L. Lucullum similiter
ex hoc loco esse laudatum. * Requiritur forrasse 22
nunc

ORATIO

nunc, quemadmodum, cum hoc ita sint, reliquum
posset esse magnum bellum. cognoscite, Quirites: non
enim sine causa quarti videtur. Primum ex suo re-
gno suu Mithridates profugit, et ex eodem Pontia
Medea illa quandam profugisse dicitur. quam pre-
dicat in saga fratri sui membra in ijs loqui, quia se
parens perire queretur, dissipauisse, ut eorum collec-
tio dispersa, moriturque patria celeritate perse-
quendi retardaret sic Mithridates fugiens, maxi-
mum vim auri atque argenti, puleberri in armis, re-
rum omnium quas & a maioribus acceperat, &
ipse bello superior ex iota Asia directas in suu re-
gnum congesserat, in Ponto omnia reliquit. hac
dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse e
manibus effugit. ita illam in persequendi studio

23 moror, hos latitia tardauit, & bunc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius exceptit, dissidentemque rebus suis confirmauit, & afflitum erexit, perditumq; res readiit, cuius in regnum postea quani L. Incillus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorem nostrum concitata sunt: erat enim metus iniectus in nationibus, quas nunquam populus Ro. neq; lacessendas bello, neque tentandas putauit: erat etiam alia grauis atq; vehemens opinio, qua per animos & nimium barbararum perusebat, fami locupletissimi & religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrum exercitum esse adductum, ita nationes multe atq; magna nouo quodam terrore ac metu concitabantur. noster autem exercitus, et si yrbe ex Tigranis regno ceperat, & pralix

V/145

PRO LE

PRO LEGE MANILIA.



Ihesus erat secundus, tamē nimia longinquitate locum ac desiderio suorum cōmonebatur 24. * hic iā 24
 plurā non dicam fuit enim illud extremum, ut em
 ējs locū à militib⁹ nostris rediū magis macrū,
 quām processus longior quereretur. Mitridates
 autē & suā manū iam confirmarat, & cornū,
 qui se ex eius regno collegerant. & magnis aduentū
 tūs multorum regum & nationum copijs iunaba-
 tur. hoc iam ferē sic fieri solvē accepimus, ut regnū
 afflictus fortuna facile multorum opes alliciant ad
 misericordiam, maximeq; eorum, qui aut reges
 sunt, aut viuūt in regno, quod regale īs nomine ma-
 gnum & sanctū esse videatur. nāq; tantum vi- 25
 etu efficerē potuit, quantum incolūmū nunquā
 est ausus optare. nam cū se in regnū receperit su-
 um, nō fuit eo contentus, quod ei prater spem acci-
 derat, ut illam, posteaquam pulsus erat, terrā un-
 quam attingeret, sed in exercitū vestrū clarūm
 atq; vīctorem impetum fecit. finit̄ hoc loco, Quī-
 rites (sic Poēta solent, quires Romanas scribunt)
 praterire me vestram calamitatē: que tamē fuit,
 vt eam ad aures L. Luculli non ex pralio nuncius,
 sed ex sermone rumor afferret. * hic in ipso illo mā- 26
 lo, grauissimāq; belli offensione L. Luculli, qui ta-
 men aliqua ex parte īs incōmodū mederi fortasse
 potuisse, vestro iugū coacto, quod īmpauj duxer-
 nitati modum struendum, veteri example puta-
 unū partem militum, qui iam stipendijs consuetis
 erant, dimisi, partem Glabriōni tradidit, mulejs
 præcereo consulto sed ea vobis conjectura persistit,
 quan-

ORATIO



quantum illud bellum futurum puret, quod con-
iungant reges potentissimi, renouet agit atque natio-
nes, suscipiat integræ gentes, nouus imperator ve-
ster accipiat, vetere expulso exercitu.^{*} Satis mibi
multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset ge-
nere ipso necessariu[m], magnitudine periculofum, re-
stat, ut de imperatore ad id bellum deligendo, ac tan-
tis rebus præficiendo dicendum esse videatur. Ut
nam, Quirites, virorum fortium atq[ue] innocentium
copiam tantam haberetis, ut hac vobis deliberatio
difficilis esset, quemnam petibim[us] tantis rebus, ac
tanto bello præficiendum putaretis, nunc vero, cum
sit unu[m] Cn. Pompeius, qui non modò corum homi-
num, qui nunc sunt, gloriam, sed etiā antiquitatis
memoria virtute superarit: qua res est, qua cuius-
quam animum in hac causa dubiu[m] facere posse?^{*} ego enim sic existimo, in sumo imperatore quatuor
has res inesse oportere, scientiæ rei militaris, virtu-
tem, auctoritatem, felicitatem. qui igitur hoc ho-
m[in]e scientior u[n]quā aut fuit, aut esse debuit? qui
etudo atq[ue] pueritia disciplina, bello maximo, atque
acerrimis hostiibus, ad patris exercitum, atq[ue] in mi-
litia disciplinâ profectus est? qui extrema pueritia
miles fuit summi imperatoris? in eunre adolescentia
maximi ipse exercitus imperator? qui sapienter cum
hoste cōstixit, quam quisquam cum inimico concer-
tauit? plura bella gerit, quam ceteri legerunt? plu-
res provincias confecit, quam alijs concupinerunt?
cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non
alienis præcepit, sed suis imperijs: non offensionibus
belli,

PALE

l[et]at sed ratiōne: non
l[et]at d[omi]nū denique
non excludit fortis
Ita sp[irit]u, His
aqua ex bellicissim
na & diversa gener
solum gesta ab hoc v
rem se declarant in
v[er]bi scientiam finge
Pompejus que potest
qui quam aut dign
quam inaudita p
la veritatem imperat
bor in negotiis, fort
gendo, celestia in ca
tria que tanta sunt in
qui imperatoribus
non fuerunt. * res
sylva locu[m] veritate, &
resiliens Sicilia, qua
cali, non tenuerit bellis
d[omi]nū ab illis Africa,
pp[ro]p[ter]a, etiam q[uod] mis
Galla, per quam leg
Gallerum intermixta
Hispania, qua sap
tatis profractaque
pro Italia, qua can
penerat, ab hoc a
blam expetitione

PRO LEGE MANILIA.

belli, sed victor̄s: non stipend̄s, sed triumphis est trā-
ducta? quod denique genus belli eſt potest, in quo illum
non exercuerit fortuna reip. ? Ciuale, Africanum,
Transalpinum, Hispaniense, mixtum ex ciuitatibus
atque ex bellicissimis nationibus, seruile, nauale, va-
ria & diuersa genera, & bellorum, & hostium, non
solum gesta ab hoc vno, sed etiam confecta, nullam
rem esse declarant in vsu militari positam, qua huius
viri scientiam fugere posſit. * Iam verò virruti Cn. 29
Pompey quæ potest par oratio inueniri? quid est, quod
quisquam aut dignum illo, aut vobu nonum, aut cui-
quam inauditum posſit afferre? non enim illa sunt so-
la virtutes imperatoria, que vulgo existimantur, la-
bor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in a-
gendo, celeritas in confiiendo, consilium in protiden-
do: quæ tant a sunt in hoc vno, quanta in omnibus reli-
quis imperatoribus quos aut vidimus, aut audiuimus,
non fuerunt. * testis est Italia quam ille victor L. 30
Sylla huius virtute, & consilio confessus est liberatam.
testis est Sicilia, quam inultu vndique cinctam peri-
culis, non terrore belli, sed celeritate consiliū explicā-
vit. testis est Africa, quæ magnis oppressa hostium co-
pys, eorum ipsorum sanguine redundauit. testis est
Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter,
Gallorum internectione, pates factum est. testis est
Hispania, quæ sapissime plurimos hostes ab hoc supe-
ratus prostratosque confexit. testis est iterum, & se-
pius Italia, quæ cum seruili bello tetro periculoſoque
premeretur, ab hoc auxilium absente expetivit: quod
bellum expectatione Pompey attenuatum atque im-

ORATIO

Si nimis umbras aduentu sublatum ac sepultum. * 16
stes verdi iam omnes ora, atque omnes extera gentes,
ac nationes, denique maria omnia tum yniuersas,
tum insingulis oris omnes sinus atque porius. quis e-
num 1000 mari locis per hos annos aut iam firmum
habuit praesidium, ut tatus esset: aut tam fuit abdi-
tus, ut latere? quis nauigauit, qui non se aut mortis,
aut seruitutis periculo committeret? cum aut hyeme,
referro pradonum mari nauigaretur? hoc tantum
bellum tam turpe, tam vetus, iam late diu sum atq;
dispersum quis vnguam arbitraretur, aut ab omnibus
imperatoribus uno anno, aut omnibus annis ab uno
imperatore confici posse? quam prouinciam tenuisti a
pradonibus liberam per hosce annos? quod vestigia
vobis intum sunt? quem socium defendisti? cui prae-
dio clasibus vestris fuisti? quam multas existimatis
insulas esse desertas? quam multas aut metu relatas,
aut a pradonibus captas vrbes esse sociorum? sed quid
ego longinqua commemoro? fuit hoc quondam, fuit
proprium populi Rom. longe a domo bellare, & propu-
gnaculus imperio sociorum fortunas, non sua recta de-
fendere. socij vestris ego marc clausum per hosce an-
nos dicam fuisse: cum exercitus nostri Brundusio nun-
quam nisi summa hyeme transmiserint? quid, ad nos cum
ab exercitis nationibus venirent captos querar, cum te-
gati pop. Rom. redempti sint? mercatoribus tutum
mare non fuisse dicam? cum duodecim secures in pra-
33 donum potestatem peruerenerint? * quid aut Colopho-
nem, aut Samum, nobilissimas vrbes innumerabiles-
que alias captas esse commemorem: cum vestros por-
tus,

PRO L

ip, que in part
lum radum su
tau jecum Cae
mum nam, n
dum? ex p
am praebeant
res faltan? nam
spediam latem
om proposita
populi Rom. prae
opreja est? Pro
mata incredibili
re, hanc sforz
etiam Tiberian
velas mta Oce
induit? * alio
cum piam videt
terenda non san
negre, et cibos
p, velut in
gian dictio Cr.
gout? qui Sudam
Istrianus in
longanum han
plures frument
inde fum in le
hi, & Galatia
nas, nuptiis
Abaz, emen
nata nuptiis c

PRO LEGE MANILIA.

116
pultum. atque eos portui, quibus vitam, & spiritum duci-
tis in praeonum fuisse potest aescatus? an vero igno-
ratus portum Caietae celebrissimum, atque plenissi-
mum nauium, iussecit ante praetore à praeonibus esse
direptum? ex misero autem, eius ipsius liberos, qui
cum praeonibus antea ibi bellū gesserat, à praeonibus
esse sublatos? nam quid ego Hostiense in commodum,
atque illam labem, atque ignominiam reip. querar.
cum prope inspectansibus nobis, classem ea, cui consul
populi Rom. propositus esset, à praeonibus capta atque
opprexa est? Prō dū immortales, tantam vnius ho-
minu incredibilu ac diuina virtus tam breui tempo-
re, lucem affere reip. potuit, vi vos, qui modo ante
ostium Tiberinum classem bestiū videtatu, q̄ nunc
nullam intra Oceanū ostium praeonum nauem esse
audiat? * atque hoc, qua celeritate gesta sint, 34
quamquam videuis, tamen à me in dicendo pra-
tereundis non sunt. quis enim inquam aut obenudi
negotiū, aut consequendi questus studio, tam breui tem-
pore, tot loca adire, tantos cursus confidere potuit,
quam celeriter Cn. Pompeio duce belli in periu nauis-
gauit? qui Siciliam adiit, Africam exploravit, indo-
Sardiniam cum classe venit, nendum tenpestuo ad
navigandum mari: atque hac transiumentaria fab-
sida reip. firmissimus praesidijs, clasibusq̄s muniuit
+ inde se cum in Italiam receperisset, duabus Hispani-
bus, & Gallia cisalpina praesidijs, ac nauibus confir-
mata, missis item in oram Illyrici mari, & in
Albanam, omnemq̄s Graciam nauibus, Italia duo
maria maximis classibus, firmissimisque praesidijs

B. 2 ador-

ORATIO

adornauit: ipse autem, ut à Brundusio profectus est
vnde quinquagesimo die totam ad imperium populis
R. Ciliciam adiunxit: omnes, qui vbiique pradones fu-
erunt, partim capti, imperfecti sunt, partim vnius
huius imperio ac potestati se dediderunt. idem Cre-
tensibus, cum ad eum usque in Pamphyliam legatos
deprecatoresque mississent, quem deditio[n]is non ademit,
obsidebatq[ue] imperavit. ita tantum bellum, tam diutur-
num, tam longe lateq[ue] dispersum, quo bello omnes gen-
tes, ac nationes premebantur. Cn. Pompeius extrema
hyeme apparuit, ineunte vere suscepit, media aestate
36 confecit. * Est hac diuina atque incredibilis virtus
imperatoris, quid cetera, quas paulo ante commemo-
rare coeparam, quantia atque quam multa sunt? non
enim solum beandi virtus in summo atque perfecto
imperatore querenda est, sed multa sunt artes exi-
mia, huius administrare comitesque virtutis. Ac primum,
quanta innocentia debent esse imperatores? quanta
deinde omnibus in rebus temperantia? quanta fidei?
quanta facilitate? quanto ingenio? quanta humanita-
tis? qua breuitate, quanta sint in Cn. Pompeio consi-
deremus: summa enim omnia sunt, Quirites, sed ea
magis ex aliorum contentione, quam ipsa per se se, co-
gnosci atque intelligi possunt. * Quem enim possimus
imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exer-
citu veneant centuriatus atque venierint? quid hunc
hominem magnum, aut amplum de rep[re]cogitare, qui
pecuniam ex arario depromptam ad bellum admini-
strandum, aut propter cupiditatem provinciae magi-
stratis diuiserit, aut propter auaritiam Roma in
qua-

PRO L

fatu[m] reliqui[r] i
tate, ut agnoscere
autem neminem ne
terris nisi quia[n]te d
per hoc auaritia
fates quicunque ve
guignorat? * in
per agos acq[ue] op[er]a
seruit, recordamus
exteras nationes su
mini per bo[ce] am
be, an hyberni, se
enim p[ro]p[ri]e exercit
p[ro]m[on]t[us] non continet,
l[oc]is in se ferae et
b[ea]t[us] hominem tam
ne[sc]iit in Asiam per u
eracium, sed ne ve
noccuse discutunt[ur] an
b[ea]t[us], quidam ser
molo, ut semp[er] p[ro]p[ri]e
fuerit, sed na[rr]e copie
h[ab]ent enim, non as
infectiorum atq[ue] an
vno ceteri in rela
te. Vnde illam tam
c[on]sum intentum p
v[er]etimig[ue], aut an
us venti aliqui no
patet[ur]um; sed hec

PRO LEGE MANILIA.

quāsture reliquerit? vestra admurmuratio facit, Qui-
rites, vt agnoscere videamini, qui hæc fecerunt. ego
autem neminem nomino. quare irasci mili nemo po-
terit, nisi qui ante de se voluerit confiteri. itaque pro-
pter hanc auaritiam imperatorum, quantas calamiti-
tates quoquaque ventum sit, nostri exercitus ferant,
quis ignorat? * itinera, qua per hosce annos in Italia 38
per agros atq; oppida ciuiū R. nostri imperatores fe-
cerunt, recordamini: tum facilius statuetis, quid apud
exteris nationes fieri existimetis. vtrū plures arbitra-
mini per hosce annos militū vestrorū armis hostiū vr-
be, an hyberni, sociorum ciuitates esse deletas? neque
enim potest exercitum is continere imperator, qui sei-
psum non continent, neq; seuerus esse iudicando, qui ali-
los in se seuerus esse iudices non vult: * hic miramur 39
hunc hominem tantum excellere ceteris, cuius legio-
nes sic in Asiam peruenierunt, vt nō modū manus tanto
exercitus, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato
nocuisse dicatur? iam verò quemadmodum milites hy-
bernent, quotidie sermones ac literæ perforuntur: non
modo, vt sumptum faciat in militem, nemini vñ af-
fertur, sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur:
